

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Captivi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

vide Bullam Juli III. 43. quæ incipit: In multis Leonis X. Bullam II. & Pii V. Bullam 5.

## CAPTIVI.

**C**aptivorum bona possunt vendi pro ipsorum redemptione, quamvis filii in continentia contradicant. Vinc. de Franc. dec. 190. per rotam.

## CARDINALES.

PRIMÒ. Quibus conditionibus, quot Episcopi, quot Sacerdotes, quot Diaconi, & qua ætate, & tempore sint credandi, vide Bullam Sixti V. & Concil. Trid. suff. 2. 4. c. 1. de refor. versi ea vero.

Secundò, Cardinalibus credendum est, & statutum eorum dictis, Gram. decif. 65. facit cap. Nobilissimus, 67. distin. & Bald. in marg. Innoc. in versi. credulitas, ex Innocent. in cap. olim, de privileg. & inc. ex rescripto, de locatio, & gl. in d. c. in verbo literarum, sed primò limita cum Panormit. in cap. sicut vobis, num. 5. de sentent. excom. Decisio. Caput aqu. 93. tamen Cap. Tolos. distinguit, quando esset in præjudicium alterius, non esse eis simpliciter credendum, & exemplificat in Cardinali pœnitentiario, quæst. 463. sed Navar. consi. 9. de officio leg. dicit debere credi Cardinali dicenti, ubi vivæ vocis oraculo à Papa mandatum fuisse etiam deponenti in præjudicium meum. vide conf. 6. de testam. num. 8. Quod Cardinali credatur, vide Gemin. in cap. ut circa, §. edicto, versi ex isto insertur, de elect. lib. 6. limita secundò, cum Gemin. in c. 1.

versi. item est aliud, quando veller uti reservatis Papæ, quia tunc deberet probare concessionem, cap. quod translationem, eod. tit.

Tertiò, quid sit Cardinalis, unde dicitur, qualis debeat esse, quot sunt genera Cardinalium, quot sunt numero, ad quid sint, & de eorum titulis, vide Alvar. in c. per Episcopum, Abbatem, vel Abbatissam, col. 6. cum sequentib. Abb. in rep. §. qui vero extirpanda, nu. 8. de præb.

Quartò, Cardinalium domos invadentium pœnas, vide per Bullam Leon. X. quæ est la 18.

Quintò, Cardinales non possunt deponi sine Concilio generali. Joan. Andr. in c. super eo, de heret. lib. 6. & Cardin. ibid quod collegium Cardinalium est in quasi possessione ut Papa non possit explicare ardua sine Concilio Cardinalium: potest quidem, sed non debet, & quod tractata sine eorum consensu, & consilio, non valent, sed sunt retractanda, Panor. Fel. & alii, in c. proposuit, de concess. præb. n. 18. gl. in Clem. Ad nostrum, de heret. & in cap. ad Apostolica, lib. 6. dicit quod non, cum sit caput totius Ecclesiæ ministrantis, & cum gl. ego censeo.

Sextò, si indulta Cardinalium, circa beneficiorum collationes, vide in Julio III. Bull. 37. quæ incipit, Sanctissimus, & Clem. VII. Bull. 38. quæ incipit, Sanctissimus; revocationem vero & declaracionem istorum indultorum, vide in Pio V. Bull. 93. quæ incipit, Felicis.

Septimò, Cardinales non Episcopi conferunt minores ordines, Abb. in c. Clerici, n. 6. de vit. & honest. cler. Sed ut sint saltem Sacerdotes, prout ibi, & in

L suis